

Supplementum secundum Conspectus Florae Graecae.

Auctore: E. de Halácsy.

P r a e f a t i o.

Ex quo tempore «*Supplementum Conspectus Florae Graecae*» a me editum erat, cognitio Florae Graecae operibus nonnullis de hac re gravis momenti eximie aucta est. Mihi ipsi interea magna plantarum graecarum exsiccatarum copia benigne admissa fuit, imprimis a custode horti botanici Atheniensis domino meritissimo B. TUNTAS, inter quas plantas magnum numerum e stationibus nondum notis, nec non species complures adhuc ignotas invenire mihi contigit. Tali modo *Rectoratus Almae Matris Atheniensis* conciliante viro doctissimo Sp. MILÍARAKES munificenter mihi donavit duplicata omnia plantarum in herbario instituti botanici universitatis asservatarum, inter quas praecipue specimina permulta collecta a clarissimis viris rei botanicae curiosis graecis (e. g. a beatis viris ARMENIS, HELDREICH, ORPHANIDES, SARTORI, WILD aliisque) salutavi. Pro hac munificentia gratias quam maximas habere debeo. Nec non etiam cl. D. NEUKIRCH (Mülhausen), qui collectionem plantarum hoc anno in insula Creta collectarum benigniter quoque mihi communicavit.

Vere hujus anni ipsemet itineris secundi ab Universitate Vindobonensi per Graeciam suscepti socium esse mihi licuit liberalitate Rectoris Almae Matris viri magnificentissimi E. BERNATZIK et doctissimi Professoris R. de WETTSTEIN, cujus beneficii memorem esse debeo. In hoc itinere post multos annos denuo mihi ipsi contigit una cum viro doct. A. de HAYEK ejusque venerabilis uxoris, nec non viris doct. A. GINZBERGER, E. JANCHEX, F. MÜLLNER, V. SCHIFFNER, F. VIERHAPPER, B. WATZL et R. de WETTSTEIN plantas graecas suis locis investigare et colligere.

Quid novi in his inveni et quid ad *Floram Graecam* cognoscendam majoris momenti esse putavi, diligenter contuli et in hoc libello fausto lectori praebeo.

Fontes florae Graecae.

Adde :

- HALÁCSY E., Aufzählung der von Dr. B. TUNTAS auf der Insel Seyros der nördlichen Sporaden im Juni 1908 gesammelten Arten, in Öst. bot. Zeitschr. 1910.
 HELDREICH Th., Nachträge zur Flora von Thera, in Parnassos 1901 und in Hiller von Gaertrünigen Thera, Band IV. 1902.
 MAIRE R. et PETITMENGIN M., Etude des plantes vasculaires récoltées en Grèce (1906), in bull. soc. sc. Nancy 1908.
 STERNACK J., Botanische Reise-kizzen aus Griechenland, in Lotos Band 59, Heft 2 (1911).

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Ungarische Botanische Blätter](#)

Jahr/Year: 1912

Band/Volume: [11](#)

Autor(en)/Author(s): Halacsy [Halácsy] Eugen von

Artikel/Article: [Supplementum secundum Conspectus Florae Graecae. 111-202](#)